

---

---

VALETUDO sustentatur notitiâ sui corporis : & observatione quæ res aut prodesse soleant, aut obesse; & continentia in victu omni atque cultu corporis tuendi causâ; & prætermittendis voluptatibus, &c. CICER. *de Offic.*

OPTIMUM verò medicamentum est opportune cibus datus. CELS. *de Medic.*

OMNES homines artem medicam nosse oportet : & ex his maximè eos qui eruditionis ac eloquentiæ cognitionem habent. Nam sapientiæ cognitionem MEDICINÆ sororem ac contubernalem esse puto. Sapientia enim animam ab affectibus liberat : auget autem intelligentia præsentem sanitatem, cujus providentiam habere honestum est eos qui rectè sentiunt. At ubi corporis habitus ægrotat, neque mens ipsa alacritatem habet ad virtutis meditationem. Morbus enim præsens, animam vehementer obscurat, intelligentiam ad adfectionem per consensum ducens.

HYPPOCRATES, *lib. de Nat. Hom.*

---

---